



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

XXVI. Die Markgrafen Johann und Otto genehmigen einen Tausch des Domcapitels zu Stendal mit dem Ritter Heinirch daselbst über viel dem erstern vom Markgrafen Albrecht vereignete Hufen zu ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

quod ablit extorquere violenter. Verum ne sub hac generalitate obscuritas lateat onerosa expressiua har villar Rokinze videlicet et Slavtitz ab eo quod Grafkorn et Grafdink et Albergaria dicitur omnimodis absolutas recognosco. Et ne forsitan oblivio noverca gestorum hujus liberalitatis memoriam valeat obfufcare, litteris nostris et sigillo quod ob remedium animarum nostrarum fecimus successoribus inviolandum corroboramus. Acta sunt hec in Stendale, in domo mercatorum, presentibus clericis his scilicet canonicis in Stendale, Lamberto scolastico, Petro, Michahela, Henrico, Gunterramo, Reinwardo, Et canonicis Havelbergenfibus Gunzelino custode, Cunrado, Hermanno, Johanne, Walthero plebano in Julbuk, Et laicis Arnolde de redere, Theoderico quondam dapifero, Meinhardo de undin, Friderico advocato de Tangermunde, Wichardo de ueltheim, Olrico et Olrico advocatis, Gernando, seniore et juniore Et aliis quam pluribus. Anno dominice incarnationis M^o. CC^o. XXV^o. VI^o. Idus Maij.

XXVI. Die Markgrafen Johann und Otto genehmigen einen Tausch des Domcapitels zu Stendal mit dem Ritter Heinrich daselbst über vier dem erstern vom Markgrafen Albrecht verzeichnete Hufen Landes zu Schadewachten, am 2. April 1229.

In nomine sancte et Individue Trinitatis. Johannes dei gratia marchio Brandenburgensis et Otto frater ejus, omnibus presentem paginam inspecturis salutem in salutis auctore. Inter dilectos nostros capitulum sancti Nicolai in Stendale et Henricum militem eiusdem loci mediante Johanne preposito de Saltwedele talis habita est forma compositionis, ut pro quatuor mansis in Scadewachten, quos pater noster Albertus marchio, pie in christo memorie, in privilegio suo eidem ecclesie recognoscit, prefatus h. miles alios quatuor mansos iacentes in eodem campo in eo loco, qui Gruninge dicitur, cum omnibus suis attinentiis in concambio iam dicte relinquat ecclesie libere possidendos. Nos igitur eandem compositionis formulam approbantes et pro bono pacis ratam habentes pro nostra nostrarumque salute omne jus, quod in eisdem mansis, quos in concambio memorata recepit ecclesia, hactenus habuimus, liberaliter conferimus ecclesie sepe dicte. Huius rei testes sunt Johannes prepositus de Saltwedele, hildebrandus sacerdos curie nostre henricus pincerna, Albertus de Niendorp, henricus de woldenhake, Alardus de Arnem, Gerardus de Kercowe, wernerus de Arneborg, fridericus Balistarius, Jordanes frater suus et alii quam plures. Ut autem hec nostra donatio firma maneat et inconuulsa et ne quis eidem ausu temerario valeat contraire, Presentem paginam inde conferibi et sigilli nostri appensione iussimus insigniri. Actum apud Tangermunde, Anno Gratie Millesimo Ducentesimo vicesimo nono, Quarto Nonas Aprilis.

XXVII. Nochmalige Bestätigung desselben Tausches, vom 28. August 1229.

In nomine sancte et individue trinitatis. Johannes, dei gratia marchio Brandenburgensis, et Otto frater ejus, omnibus presentem paginam inspecturis salutem in salutis auctore. Inter dilectos nostros capitulum sancti Nicolai in Stendal et Henricum, militem ejusdem loci,